

Christus passus est pro nobis, relinquens vobis exemplum, ut sequamini vestigia eius. Si ergo tam mors Christi, quam eius resurrectio est exemplum, ut & nos peccato mortui, iustitie jam vivamus. Quare si non fuit veritas, quia fuit exemplum, ergo nec vere mortuus fuit Christus, nec vere a mortuis resurrexit. Sed ablit a fidelium cordibus error iste, cum propheta de ipso testetur, quod *vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portavit*. Dicitur tamen mysterium fidei, quoniam aliud tibi creditur, quam creditur; & aliud creditur, quam creditur. creditur species panis & vini, & creditur veritas carnis & sanguinis Christi, ac virtus unitatis & charitatis. [Et infra 8.]

Distinguendum est tamen subtiliter inter tria, que sunt in hoc Sacramento discreta, videlicet formam visibilem, veritatem corporis, & virtutem spirituales. Forma est panis & vini, veritas carnis & sanguinis, virtus unitatis & charitatis. Primum est Sacramentum & non res; secundum est Sacramentum & res; tertium est res & non Sacramentum. Sed primum est Sacramentum gemine rei: secundum est Sacramentum unius, & alterius res existit. Tertium est res gemini Sacramenti. Creditur igitur, quod formam verborum sicut in Canone reperitur, & a Christo Apostoli, & ab ipsius eorum accepterint successores.

[Circa plurima fatigantis officio in cura regimini pastoralis pro majori parte renuncians in domo Domini, quasi abiectionis habitare cum illis qui partem optinam elegerunt, sedentes ad pedes Domini cum Maria, ut in lege eius jugiter meditarentur, lippitudinem Lia Rachelis lippitudinem presentem, eam in te exigere credimus intelligentiam Scripturarum, ut non solum parvulis frangere possis panem, sed proceris etiam cibum solidum ministrare, ac nodos solveere difficultatum questionum. Verum quoniam in primatu Apostolorum Principis Apost. Sed. magistrum recognovimus, ad eam credis majores causas Ecclesie referendus, consultationibus tuis, que non ob commodum utilitatis terrena, cum civilem non contineant questionem, sed animarum profectum, ut videlicet in lucem prodeant obscura scriptura, novimus te novisse libenter quod nobis inspirat Dominus.]

[Quod autem mysterium fidei dicitur in hoc loco, alibi secundum Joannem spiritus & vita narratur: nam spiritus est in mysterium, iuxta illud: *Litera occidit, spiritus autem vivificat*. Fides que est vita, secundum quod legitur: *Iustus ex fide vivit*. Propter quod dicit Dominus ipse: *Verba que locutus sum vobis, spiritus & vita sunt*.]

In Sacramento altaris aqua cum vino transsubstantiatur in sanguinem. Hoc dicitur ab 3. tertio loco. Abb. Siculus.

¶ I. Quæritur etiam, utrum aqua cum vino in sanguinem convertatur? Super hoc autem opinionem apud scholasticos variantur. Aliquis enim videtur, quod cum de latere Christi duo præcipua fluxerint Sacramenta, redemptionis in sanguine, ac regenerationis in aqua, in illa duo vinum & aqua, quæ commiscuntur in calice, divina virtute mutantur, ut in hoc sacramento plenè sit veritas & figura. Alii vero tenent, quod aqua cum vino transsubstantiatur in sanguinem, cum in vinum transeat mixta vino, licet Phisici contrarium assererent, qui aquam à vino per artificium posse asserunt separari. Præterea potest dici quod aqua non transit in sanguinem, sed remanet prioris vini accidentibus circumfusa, ita quod vini saporem assumit, quod inde convincitur, quia si post calicis consecrationem aliud vinum mitatur in calicem, illud quidem non transit in sanguinem, nec sanguini commiscetur, sed accidentibus prioris vini commixtum corpori, quod sub eis latet, undique circumfunditur, non madidans circumfusum, ipsa tamen accidentia vinum appositum videntur asserere, quia si aqua fuerit appositâ, vini saporem assumit. Contingit igitur accidentia mutare subjectum, sicut & subjectum contingit accidentia permutare: cedit quippe natura miraculo, & virtus supra consuetudinem operatur. Sed nec inconveniens creditur aut absurdum, si aqua in corpore Christi esse credatur, cum legatur de ipsius latere processisse: [Et infra 8.] Verum inter opinionem prædictam illa probabilior iudicatur, quæ asserit aquam cum vino in sanguinem transmutari, ut expressius eluceat proprietates Sacramenti. Nam cum aquæ multæ sint populi multi, iuxta quod aliibi legitur: *Beati qui feminatis super omnes aquas: idèo vino aqua unitur, ut Christo populus admetur*: per hoc enim quod suscipit ipse de nostro, & accipimus ipsi de suo; tam insolubili nexu conjungimur, ut qui est unum cum Patre per ineffabilem unitatem, fiat unum nobiscum per admirabilem unionem, ac per hoc, ipso communiter mediante, cum Patre unum effimur. *Pater, inquit, sancte, serva eos, quos dedisti mihi, ut sint unum & sicut & nos: non pro bis rogo tantum, sed pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me, ut & ipsi in nobis unum sint, & mundus credat quia tu me misisti.*

[Quod illud est nefarium opinari quod quidam dicere præsumunt, aquam videlicet in phlegma converti. Nam de latere Christi non aquam sed humorem aquaticum mentiantur exisse, non attendentes quod de latere Christi duo fluxerunt Sacramenta, & quod non baptizantur in phlegmate, sed in aqua, iuxta quod Dominus testatur: *Nisi quis renatus fuerit in aqua & spiritu sancto, non intrabit in regnum Dei.*]

Oratio que dicitur in Secreta in festo sancti Leonis, immutata est, quia ubi dicebatur: *Annue nobis, Domine, ut anime famuli tui Leonis hac proste oblatio: bodie dicitur, ut inter-*

cessione beati Leonis hac proste nobis oblatio: & hæc mutatio contingit, quia sancti nostris orationibus non indigent, sed nos sui. Hoc dicitur utque ad finem. Abbas.

¶ 2. Tertio loco fraternalitas tua requiritur, quare fuerit mutatum quod in Secreta beati Leonis: Annue nobis, Domine, ut anime famuli tui Leonis hac proste oblatio, cum in modernis Sacramentariis habeatur: Annue nobis, quæsumus, Domine, ut intercessione beati Leonis hac nobis profit oblatio: Super quo respondemus quod cum sacra Scriptura dicat auctoritas, quod injuriam facit Martyri, qui orat pro Martyre: idem est ratione consimili de sanctis aliis sentiendum, quia orationibus nostris non indigent, pro eo, quod cum sint perfectè beati, omnia eis ad vota succedunt; sed nos potius orationibus eorum indigemus, quos cum miser simus undique mala nostra perturbant: unde quod in perifericis orationibus continetur: *Profit vel proficiat huic sancto vel illi talis oblatio ad gloriam & honorem, ita debet intelligi, ut ad hoc proficit, quod magis a fidelibus glorificetur in terris; licet per se reputent non indignum Sanctorum gloriam usque ad iudicium augmentari; & idèo Ecclesiam interim sanè posse augmentum glorificationis eorum optare. Verum utrum in hoc articulo locum habeat illa distinctio quæ docetur, quod defunctorum alii sunt valde boni, alii sunt valde mali; alii mediocriter boni, alii mediocriter mali: unde suffragia, quæ sunt a fidelibus in Ecclesia pro valde bonis, actiones sunt gratiarum; pro valde malis, consolationes vivorum: expiationes vero pro mediocriter bonis, & propitiationes pro mediocriter malis: tua discretio investiget.*

¶ PITH. Injuriam facit Martyri, qui orat pro Martyre. J. D. Augustinus de verb. Apostol. serm. 17. cap. 1. Habet Ecclesiastica disciplina, quod Fideles norunt, cum Martyres eo loco recitantur ad altare Dei, ut non pro ipsis oratur: pro ceteris autem commemoratis defunctis oratur: injuria est enim pro Martyre orare. omnes nos debemus orationibus commendare. Et lib. de Virginitate, cap. 45. Prohibet Ecclesiastica auctoritas, in qua Fidelibus norum est quo loco Martyres, & quo defunctæ sanctimonialis recitantur.

¶ Locum habeat illa distinctio. Vide eundem Augustinum, lib. 20. de Civit. Dei, cap. 24. & cap. 110. Eucirid. Raban. lib. 2. de Institut. Cleric. cap. 44. Sidor. lib. 1. de Ecclesiast. Offic. cap. 18.

VII. IDEM Rectoribus Romanæ fraternitatis. [C. an. 1212. Romæ.]

Gravissimum peccatum simulat conficere, & non conficit, quam ille, qui conficit in mortali.

DE homine: Et infra. Quæsitum est quid de Cauto Prefbytero videatur, qui cum se sciat in mortali crimine constitutum, Missarum solemniam, quæ non potest propter necessitatem quamlibet intermittere, propter sui facinoris conscientiam dubitat celebrare, peractisque ceteris circumstantiis, Missam celebrare se fingit, & suppressis verbis, quibus conficitur corpus Christi, panem & vinum tantummodo purè sumit, ita credens per id quod præterit, populo satisfacere, ut per hoc, quod intendit, Deum non debeat provocare. Cum ergo falsa sint abijcenda remedia, quæ veris sunt periculis graviora; licet is, qui pro sui criminis conscientia reputat se indignum, peccet graviter si se ingerat irreverenter ad illud; gravius tamen videtur offendere, qui sic fraudulenter illud præsumptuose simulare, cum ille in solius misericordis Dei manu incidat; fide vero non solum Deo (cui non veretur illudere) sed populo, quem decipit, se adstringat.

VIII. IDEM Ferrariensis Episcopo, [C. an. 1212. Romæ in Insularum.]

Hic improbat opinionem, que habet, quod in Sacramento altaris aqua convertatur in phlegma; & probat Christum fuisse verum Deum & verum hominem, & quod de ipso latere exivit vera aqua.

IN quadam nostra decretali epistola asserit se legisse, illud fuisse nefarium opinari, quod quidam dicere præsumpserunt, in Sacramento videlicet Eucharistie aquam in phlegma converti: nam de latere Christi non aquam, sed humorem aquaticum mentiuntur exisse: [Et infra 8.] Nos igitur ad tuæ supplicationis instantiam respondemus, quod quidam dixerunt, sed erraverunt, Christum non fuisse verum Deum, sed adoptivum, ut miser Ariani. Alii, Christum non fuisse verum hominem, sed phantasticum, ut impij Manichæi. Sed adversus hujusmodi hæreses Joannes Apostolus in epistola sua loquitur, dicens: *Tres sunt, qui testimonium dant in cælo: Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus; & hi tres unum sunt, per hoc intendens ostendere quod Christus sit verus Deus. Et tres sunt qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua, & sanguis; per hoc intendens ostendere quod Christus sit verus homo. Nam ad esse hominis duo principaliter exiguntur, videlicet corpus, & anima, ex quorum conjunctione verus homo subsistit. Per hoc autem, quod in articulo mortis Christus inclinato capite tradidit spiritum, de quo voce magna clamaverat: *Pater, in manus tuas commendo spiritum meum*: manifestè probatur, quod ipse spiritum habeat, non solum flatum vitalem; sed animam rationabilem, de qua prædixerat: *Tribus**

Ejus 53.

¶ Hunc artic. explicat B. Thom. 2. par. 9. q. 74. art. 8. & Sot. 4. sent. dist. 9. q. 1. art. 6.

Joan. 27. Corpore, legitur ut plurimum in antiquis.

Joan. 17.

Summa est, Sanctos in cælo cum Deo regnantes, non egere precib. nostris, sed nos eorum intercessionibus. Trid. sess. 25. tit. de invoc. & reliq. Sancti. &c. al. ita: & de Sanctis aliis sententiam.

¶ Vide Sotum 4. sent. dist. 45. q. 3. art. 1. pluribus. al. ita: quod magis ac melius, &c. Vide Dominic. Sot. 4. sent. dist. 45. q. 2. art. 2.

¶ ministerio maxima.

¶ In Codice Barbat. panem & vinum tantummodo sumit.

¶ Cap. 7. cod. tit. in 111. Compil. Vide Sotum 4. sent. dist. 1. q. 2. art. 1. & dist. 9. q. 1. art. 6. ¶ Hos damnavit Concilium Nicænum. Vide Nicæphorum 8. c. 5. 6. 7. & 8. ¶ Vide Epiphanium, lib. 2. contra hæreses, hæres. 66.

¶ Joan. 5. Matth. 27. Luc. 23. Marc. 15.

Matth. 26. Joan. 10. Joan. 19.

1. Joan. 5.

Nun. 20. emanavit. el. emanatus.

Lucæ 22.

¶ ministerio maxima.

¶ scilicet Lateranensi, sub Innoc. III. c. 17. referunt c. 2. tit. de celebr. Offic. in 1v. Compil.

¶ In Codice Barbat. ita: c. c. superfluitas & confabulationes. ¶ utique, & in Concil. continuata.

Tribus est anima mea usque ad mortem; & potestatem habeo ponendi animam meam, & iterum sumendi eam. Per hoc autem quod unus militum lanceæ latus ejus aperuit, & continuo sanguis exivit & aqua; probatur apertè quod Christus verum corpus habebat: nam de phantastico corpore nec sanguis nec aqua potuissent exire. Unde ille qui vidit, testimonium perhibuit, & testimonium ejus est verum, quia tres sunt qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua, & sanguis. Quod videlicet Christus sit verus homo, ex anima rationali & humana carne subsistens, probatur ex eo quod spiritum vitalem emisit; & de vero corpore probatur, quoniam ex eo sanguis exivit & aqua: rationalis quippe anima non posset vivificare, nisi corpus humanum, ex quibus verum homo consistit. Ceterum, sicut fuit verus spiritus & verus sanguis, ita proculdubio vera aqua, cum Christus sit veritas, & à veritate omnis fallacia fit penitus aliena: nam si non fuisset aqua, sed phlegma, quod de latere Salvatoris exivit, ille, qui vidit, & testimonium veritati perhibuit, profectò non aquam, sed phlegma dixisset, nec in hoc verum regenerationis sacramentum fuisset ostensum, cum per Sacramentum Baptismi non regeneremur in phlegmate, sed in aqua: neque per hoc posset vero argumento probari, quod in Sacramento Eucharistie admiscenda sit aqua vino, si de latere Christi non aqua, sed phlegma cum sanguine profuisset. Sed nec vera fuisset figura, que super hac se præcessit in Veteri Testamento, quando Moyses virgâ percussit silicem, & ex ea non phlegma sed aqua emanavit. Restat igitur ut qualicumque fuit illa aqua, five naturalis, five miraculosa, five de novo Divina virtute creata, five de componentibus ex parte aqua resoluta, proculdubio vera fuit, cum naturaliter possit & compositum in componentia, & elementatum in elementa resolvi: quemadmodum verus exiit sudor ipsius, sicut gutta sanguinis decurrentis in terram. Cum autem ad compositionem humani corporis quatuor elementa concurrant, videlicet terra, aqua, aer & ignis; & ad vegetationem ejusdem corporis quatuor humores consimiles illis conveniant; videlicet sanguis, cholera, phlegma, & melancholia, ut veritatem humani corporis expressius demonstraret, unum ex illis, & unum ex illis Joannes expressit, illa que potius ex illis, & ex illis que magis mysterio congruebat, ex elementis aquam, & ex humoribus sanguinem, in quibus duobus duo maxime Sacramenta, Redemptionis videlicet & Regenerationis elucet.

[Licet autem hoc magis & authenticos viros sensisse recentias, quorum opinionem distictè scriptis badenus es secutus, ex quo tamen nos in contrarium sentimus, nostra compelleris sententia consentire. Sed verbum Jo. Apostoli te multum movere sateris, dicens: *Tres sunt qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua, & sanguis; & hi tres unum sunt, quoniam vis hominum in plerisque codicibus minime habetur, ab omnibus, quod dicit sic exponi, illos videlicet esse unum, de una & eadem re, scilicet de humanitate Christi testari. Porro si non vera fuit aqua que fluxit de latere Christi, & non humani corporis humor; qualiter per illum perhibetur quod Christus sit homo, non videt; glossa namque super illum locum sic habet: *Spiritus, id est, humana anima quam emisit in Passione, aqua & sanguis que fluxerunt de latere Christi; quod fieri non posset, si non haberet veram carnis naturam. Sic ergo tam ex textu quam ex glossa proponit pro illam aquam probari quod Christus sit verus homo, & idèo si dicatur quod illa non exiit vera aqua, sed aquaticus humani corporis humor, tam Expositoris quædam Apostoli verba intelligibilia tibi esse videntur; sed dato quod fuerit vera aqua, sicut nos credimus & saterur, nec ista, nec illa sufficenter intelligit. Unde nos humiliter supplicasti, quatenus ad generalem utilitatem legentium, & nebulam de tuo corde tollendam sufficenter & evidenter hoc exponere digneremur.]**

IX. IDEM in Concilio generali. [C. an. 1216. Romæ.]

Præcipit Prælati & Clerici in virtute obedientie, ut quotidianum Officium & diurnum studiosè celebrent & devote.

Dolentes referimus, quod non solum quidam minores Clerici, verum etiam aliqui Ecclesiarum Prælati circa a commestiones superfluas, & fabulationes illicitas (ut de aliis tacemus) ferè medietatem noctis expendunt, & somno residuum relinquunt, vix ad diurnum concentum avium excitantur, transcurrunt undique & continuatè synopà Matutinum. Sunt & alii qui Missarum solemniam vix celebrant quater in anno, & quod deterior est, interesse continentur; & si quando cum hæc celebrantur, interferunt, Chori silentium fugientes, intendunt exterius colloquutionibus Laicorum: dumque auditum ad indebitos sermones effundunt, aures intentes non porrigunt ad divina. Hac igitur & similia sua pœna suspensionis penitus inhibemus, districte præcipientes in virtute obedientie, ut divinum Officium nocturnum pariter & diurnum, quantum eis dederit Deus, studiosè celebrent pariter & devote.

X. HONORIUS III. [C. an. 1212. Romæ.]

Eucharistia debet mundè servari, & in ejus elevatione & delatione populus debet se inclinare; & cum deserat ad Pars 11.

¶ Casteln. al. Valsalen. al. Ubsalen. Hoc ultimum credo verius. Vid. B. Thomam, 3. part. q. 74. & Sotum 4. sent. dist. 9. q. 1. art. 6.

¶ Casteln. al. Valsalen. al. Ubsalen. Hoc ultimum credo verius. Vid. B. Thomam, 3. part. q. 74. & Sotum 4. sent. dist. 9. q. 1. art. 6.

infirmum, debet ferri in decenti habitu, & cum lumine: transgressores vero sunt puniendi.

Sanè cum olim: *Et infra*. Ne propter incuriam Sacerdotum divina indignatio gravius exardeat, districte Trid. sess. 13. præcipientes mandamus, quatenus à Sacerdotibus Eucharistia in loco singulari mundo & signato semper honorificè sancti. Euch. collocata, devote ac fideliter conlervetur. Sacerdos vero frequenter doceat plebem suam, ut cum in celebratione Missarum elevatur hostia salutaris, se reverenter inclinet, idem faciens cum eam deserat Presbyter ad infirmum. Quam in decenti habitu superposito mundo velamine ferat, & reverat manifestè ac honorificè ante pectus cum omni reverentia & timore, semper lumine præcedente, cum sit candor lucis æternæ, ut ex hoc apud omnes fides & devotio augeatur. Prælati autem hujusmodi mandati graviter punite non differant transgressores, si & ipsi Divinam & nostram voluntè effugere ulionem.

XI. IDEM universis Ecclesiarum Prælati. [C. an. 1220. Romæ.]

In Ecclesiis Collegiatis debent celebrari due Missæ collegialiter; una pro defunctis, alia secundum exigentiam diei, ut pro festo, si festum occurrit, vel pro feria, si feria.

Cum creatura non habeat quid pro meritis respondeat Creatori: [Et infra 8.] Mandamus, quatenus nullum in vos torpore negligentie obrepere permittatis, quò minus & pro anniversariis defunctorum, & pro festo vel feria secundum temporum congruentiam missarum solennia conventionaliter celebretis.

[Cum igitur Ecclesia Gallicana per Dei gratiam tanquam lucerna super candelabrum posita aliis luceat per exemplum, ut qui videntes opera ejus bona, glorificent Patrem Cælestem, ne, quod absit, tanta negligentia tenebris obumbratur, & alias consequenter obumbrat, universitatem vestram rogandum duximus & monendam per Ap. Se. mandantes.]

[PITH. 4. Universis Ecclesiarum Prælati.] V. C. Archiepiscopi, Episcopi, & Universi alii Ecclesiarum Prælati & Clerici per Franciam constituti.

[Ecclesia Gallicana, &c.] Arnolph. Lexoviensis 31. Gallicana Ecclesia aliis luceat per exemplum.

XII. IDEM. [C. an. 1220. Romæ in Apulia.]

In die Cæne Domini Episcopus tantum in sua Ecclesia debet Missam celebrare, & Oblivina conficere.

TE referent: [Et infra 8.] Cum cultibus Sacerdoti quacumque dignitate præfulgeat, unam in die celebrare Missam sufficit: nam & valde est felix, qui celebrat dignè unam: Fraternitati tuæ mandamus, quatenus die Cæne Domini in Ecclesia Syontina duntaxat, in qua teneris Chrioma conficere, Missarum iudeas solennia celebrare.

[Dicitur quod in die Cæne Domine de antiqua teneris consuetudine Chrioma conficere in Ecclesia Syontina; sed cum mane diei ejusdem ad Garganicam Ecclesiam accedas, ut ibidem, prout moris est, recipias panem, vel remittentes vel peregrinos ipsius loci, Clerus & populus celebrare Missam in eadem Ecclesia Garganica, prout quam ad Syontinam redes, te compellunt, propter quod nostrum & Apostolica Sedis consilium impiorasti. Cum autem Chrioma eodem die infra Missarum solennia conficatur, &c.]

XIII. IDEM Archiepiscopo Ablaten. [C. an. 1220. Romæ in Sueciam.]

In sacrificio altaris plus de vino, quam de aqua ponendum est.

Perniciosum in k tuis partib. inolevit abusus, videlicet quod in majori quantitate de aqua ponitur in sacrificio, quam de vino. Cum secundum rationabilem consuetudinem Ecclesie generalis plus in ipso sit de vino, quam de aqua ponendum. Ideoque fraternitati tuæ mandamus, quatenus id non facias, nec in tua Provincia fieri patiaris.

¶ PITH. 6. Archiepiscopo Ablaten.] Archiepiscopo Upsalensi.

XIV. IDEM Episcopo Brixien. [C. an. 1220. Romæ in Lombardiam.]

Ab officio & beneficio deponitur Presbyter, qui sine aqua & igne, vel in pane fermentato, vel vase ligneo sacrificat.

Iteras tuas recepimus continentes, quod cum super excessibus Presbyteri Ecclesie sanctæ Brigide, Brixien. inquireret, confessus est, quod cum quadam die Hostiam & Calicem non haberet, in pane fermentato, & scypho ligneo Missarum solennia celebrare præsumplit: [Et infra 8.] Intellecto iterum, quod prædicta Ecclesia per malitiam dicti Presbyteri multipliciter ladebatur, inquisitionis officium iterans ex ejus confessionibus invenisti, quod idem sine igne sacrificabat & aqua. Cum igitur vel ex aperta malitia, vel nimia deliquentia peccasse probetur; mandamus quatenus officio & beneficio perpetuo ipsum privet.

[Quare ipsum suppositi perpetuo interdido, consulens quod in aliqua Ecclesia Regulari mutaret in melius vitam suam. Postmodum autem illo coram ven. fr. n. Hostien. Episcopo Ap. Se. Le. ut secum misericorditer ageret supplicante: idem ad celebrationem divinarum Presby-

¶ Vide Beat. Thom. 4. q. art. 4. & q. 83. art. 3. ad 6. arg. & q. 74. art. 6. & 7.

¶ B b